causam eiusmodi cognoveritis, tam et id quod facio pro-
babitis, et de nulla re magis mihi agendum duxeritis.
Nam cum de summis illis Magnae Dei Parentis laudibus
ex hoc ipso ornatissimo loco multi graviter ornateque
peroraverint, vobis non modo gaudentibus, sed et plauden-
tibus, vos ipsos summum incitamentum, ac tantum maxi-
ma mei consilii sum arbitratus. Si quidem sanctissi-
mae Matris laudes tantis blanditiis aures vestras
permulserunt, hae iis, hae bene meriti parentis encomia
nullum certe fastidium, sed gaudium amplissimum vobis
excitatura videbuntur: quae si me dicente hoc con-
cursu litteratissimorum hominum hac vestra huma-
nitate loqui patiamini, vobis maxima atque incre-
dibilia esse ostendam.

Magna sane non solum Ecclesiae triumphantis, sed
etiam militantis gloria est, quod sanctorum virorum
copia tanta habeat, ut quisnam potissimum laudan-
dus ac honorandus sit, difficile quis deliberare
possit: cum igitur sit Sanctus Josephus, qui etsi non
quidem primos tenere concedatur, dignitatis tamen ac
gloriae tantae sit, ut non modo eorum, qui nunc sunt,
hominum gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam
sua perexcellenti eminentia superare videatur, quae-
res te, quae cuiusque animum ut summe laudando